



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

In tabulam acceptæ Legis apud Sina montem. Ode Tricolos Tetraстrophos.  
XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44973**

Excitare, & monstrata sequi dictique viaque  
Signa, reuertentes grātē memoranda per annos.  
Ergo lecta manus, discissas ducta per vndas,  
Vitalem mirata diem, procul aspicit omni  
Littore projectos hosteis, numeroq̄e carentem  
Exanimū turbam in pelago, parteinque profundo  
Coniicit immersam cōno, sābuloque sepultam,  
Liberaque exultat plebes, laudatque potentiis  
**ACTA DEI, AR-CANAE Q VE C ANIT**  
**MON VMENTA SALVATIS.**

## ARCANAÆ SALVTIS ARGVM.

*Quēis voluit prodeſſe Deus, Natura benigna eſt  
Omnis, at vlticem fert inimica cohors.*

DEO VICTORI VINDICI SAC.

---

In sābulam accepta Legis apud Sint montem.

## Ode Tricolos Terraſtrophos. XV.

**Q**uod prima nusquam ſacula viderant,  
Vidēre cani cum pueris ſenes,  
Vxorque, uabilisque virgo,  
Turba pauens, populusque cunctus,  
Mortalium vti colloquiis Deum,  
Et voce ſancti numinis indice,  
Præſentis electaque gentis  
Fœdera participem ſubire:  
Cūm liberatam feruſio graui  
Plebeim ſacratis montium in abditis  
Doctorque, dictatorque coram,  
Alloquitur, recitatque leges.  
Cui signa prefert ſollicitus tinior,  
Qui corda miro concutit impetu,  
Clamore penumpens tubæque  
Saxa ſono, tremulosque monteis.  
Hinc ignis alto deuolat æthere,  
Summiq̄e tractus montis & aëra  
Colluſtrat, vrenteisque flamas  
Congeminat, penetratque cautes.

MONUMENTA.

27

Tunc explicatis vocibus, optima  
Præcepta plebes, furaque suscipit,  
Aequumque, prælucensque verum,  
Fasque pius, officiique normam;  
Legesque certum quæ doceant decus;  
Sed mole monteis concutiant graui.  
Morbisque languenteis aucto,  
Imperio exigitent tremendo:  
Donec potenti numine, cordium  
Illapsus vrat spiritus intima,  
Præstare & expertes pauoris  
Sponte animos meliora donet.

HUMANÆ INFIRMITUDI-  
NIS EXAMEN.

Lux terris veneranda micat, mortalia sed quæ  
Lumina prestringens turbet & usque premat.

DEO PVRO, SANCTO, TERRIB. S.

---

In tabulam collectionis manuæ.

Ode Tricolas Tetraphos. X VI.

Primi benigni ex ætheris editam  
Intaminato & munere simplicem  
Modestus ratur annonam legendo  
Plebs alacris, cumulumque magnum.  
Defecta parcis quos rulerat cibis  
Feitina sacrum dum sequitur ducem,  
Verbisque concedens supernis,  
Tusqua petit sterilisque tractus.  
Tunc prouidentis consilio Dei  
Educta turmæ pennigeræ cohors,  
De tore confectas sereno  
Amibrosiamque, epulásque promit.  
Nullis parata hæc dona laboribus,  
Lentis vel anni cursibus, aut graui  
Quæsita cularum tumultu  
Lucifer exoriens ferebat.  
Sie dormienti, cui Deus adfuit,  
Adaucta rerum commoda cernimus,  
Aedesisque crescentemque longo  
Tempore progericim parati:

Dominus